

*J. de legat.* Ne ex unâ parte videlicet Testamenti prohiberi, ex alterâ vero scilicet Fideicommissi admitti videatur *contra cap. cum quid. 39. de R. J. in 6.* & ita fraus legi fiat. *d. l. qui Testamentum 27. d. l. cum quis decedens. 37. §. Titia 6. L. Fraus. 30. ff. de LL. L. infundo. 38. de rei vind. cap. ex tenore X. de Rescript. cum quod directè prohibitum est, regulariter indirectè concedi non possit. §. est autem J. de Her. instit. & ibi Gl. verb. nullius momenti L. ea quidem 5. C. si mancip. ita fuerit alien. L. non dubium est 5. vers. quod ad omnes C. de LL.* Tum quoque: quòd hoc casu Testamentum annulletur odio instituti & favore heredis legitimi præteriti *l. Paconius 3. ff. si à parent. quis manum Surd. tr. de Alim. privil. 95. n. 2. & seqq. Turr. q. 27. n. 3. & q. 28. n. 4. Harpr. §. 1. J. b. n. 27. & seqq. Aug. Barb. Claus. 21. n. 45.*

Insuper hoc loco notandum: Quòd Testamentum Imperfectum ratione voluntatis, non possit sustineri per Clausulam Codicillarum, *tex. est express. in L. Fideicommissa. 11. §. 1. ff. de leg. 2. & in L. ex ea scripturâ. 29. pr. ff. de Testam.* Solet enim Clausula Codicillaris confirmare & corroborare tantum voluntatem Testatoris, non autem alterare & extendere. *Barbos. Cl. 21 n. 21. inf. n. 27. & 28. Vid. Mant. de C. U. V. lib. 5. tit. 2. n. 9. & tit. 4. n. 15. lib. 6. Sim de Præc. de J. U. V. lib. 2. sol. 10. n. 2. & sol. 11. n. 13. Menoch. conf. 532. n. 20. vers. caterum lib. 6. & in tr. de præf. lib. 4. præf. 5. n. 6. Andr. Gail. obs. 114. n. 12. lib. 2. Turr. q. 22. Grat. Disc. For. c. 973. n. 58. Hartm. Pistoris lib. 4. q. 9. n. 12.* Ad exemplum videlicet Cl. Generalis omni meliore modo; quæ similiter quoad incognita, incogitata & impertinentia actum validum efficere non potest *uti loquuntur Felinus cap. cum super n. 13. vers. secundo quando. de offic. de leg. Card. Tusch. Præc. concl. lit. C. concl. 358. n. 58.*

#### THESES.

### Causa efficiens Remota Codicillorum est Jus Civile Romanorum.

Occasionem præbente **L. Lentulo**, ex cujus etiam persona Fideicommissa cœperunt qui cum Romæ facto Testamento Augustum Imp. & Filiam suam heredes instituisset. Postea in Africa decedens Codicillis ibi factis & Testamento confirmatis multa ab illis reliquisset. Augustus & Lentuli Filia tam etsi jure cogi non poterant ad ea

ea